



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

377. De festiuitatibus anni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

172 R E G I N O N I S L I B. I.
menta jurentur. [*Vide lib. 4. Capitular. c.*
28. & Capitulare Riculfi Sueffion. cap. 18.]

Ex Capitularium lib. 1. cap. cxxix.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 145.
Burchard. lib.
2. c. 86.

CCCLXXV. Mercatus die dominico in
nullo loco habeatur. [*Vide lib. 2. Leg. Lon-*
gobardor. tit. 49. cap. 1.]

Ut nullus Episcopus vel infrà positus die
dominico causam judicare præsumat.

Ex Concilio Tarraconensi.

Concil. Tar-
rac. c. 4.
Burchard. lib.
2. c. 87.

CCCLXXVI. Ut nullus Episcoporum
vel Presbyterorum vel Clericorum die domi-
nico propositum cujuscunque causæ negotium
audeat vindicare, nisi hoc tantum, ut Deo
statuta sollemnia peragantur.

De festivitibus anni. *Ex Capitularium*
lib. II. cap. xxiii.

Lib. 2. Capi-
tular. c. 35.

CCCLXXVII. Festos dies in anno ce-
lebrare sancimus, id est, diem dominicum
Paschæ cum omni hebdomada, diem Ascen-
sionis Domini, Pentecosten similiter ut in
Pascha, Apostolorum Petri & Pauli diem
unum, nativitatem sancti Johannis Baptista,
Assumptionem sanctæ Mariæ, sancti Michaë-
lis, sancti Remigij, sancti Martini, sancti An-
dreæ, in Natali Domini dies quatuor, Octa-
vam Domini, Epiphaniam Domini, Purifica-
tionem sanctæ Mariæ; & illas festivitates
Martyrum vel Confessorum observare decre-
vimus quorum in unaquaque parrocchia cor-
pora requiescunt. [*Vide lib. 1. Capitular. c.*
164. & lib. 6. c. 186.]